

The Digital *Compendium moralium notabilium* Project  
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/CMN/index.html>)

48 quotations attributed to Gaufridus Anglicus (Geoffrey of Vinsauf) in the *Compendium moralium notabilium* (from *Epytoma sapientie*, Venice, 1505)

Pars 1, Liber 3, Rubrica 10: De viribus corporis (fol.21va)

Ganfredus in poetria capitulo 33. **Uiribus absit: Prorsus habere fidem: mors est qui fortia frangit.**

*Sed uiribus absit / Prorsus habere fidem: mors est quae fortia frangit.*

Gaufridus de Vinsauf, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.148, ll.335-336).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 12: De facilitate et difficultate (fol.22rb)

Gaufridus in poetria capitulo 30. **Facti grauitas cuicumque volenti. Est leuis et leuitas animo cuicumque rebelli. Est grauis.**

*Facti leuitas cuicumque rebelli / Fit gravis; et gravitas animo cuicumque volenti / Fit levis: ergo velis, et erit leve nulla vereri.*

Gaufridus de Vno Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., 2008, p.148, ll.321-323).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 5: De iniuria seu contumelia et offensione (fol.27va)

Gaufredus in poetria capitulo 200. **Quando nocem potes: noli satis est nocuisse posse nocere.**

Memor imprime menti: / Quando nocere potes, noli: satis est nocuisse / Posse nocere.

Gaufridus de Vino Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.234, ll.2089-2091).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 14: De iustitie naturalis iudicio (fol.30va)

Gaufredus in poetria capitulo 9. **Lex est eque dolum: referire dolore dolosum / In caput vnde fuit egressus habere regressum.**<sup>1</sup> Capitulo 22. **Sepe sagittantem didicit referire sagitta. Inque reum plage: conuersa recurrere plaga.**<sup>2</sup>

1. Finis in hac verbi forma proverbialia format: / Lex est aequa, dolum referire dolore, dolorem / In caput unde fuit egressus habere regressum.

Gaufridus de Vico Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.142, ll.190-192).

2. Sic sumpto simili poteris praeludere fini: / Saepe sagittantem didicit referire sagitta / Inque reum plagae conuersa recurrere plaga.

Gaufridus de Vico Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.142, ll.200-202).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 7: De versutia dolo malo seu malitia fraude et deceptione (fol.34va)

Gaufridus in poetria capitulo 19. **Lex est equa dolum referire dolore dolosum. In caput vnde fuit egressus habere regressum.**

Finis in hac verbi forma proverbia format: / Lex est aequa, dolum referire dolore, dolorem / In caput unde fuit egressus habere regressum.

Gaufridus de Vno Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.142, ll.190-192).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 2: De inuidia: zelo et nemessatione (fol.43vb)

Gaufridus in poetria capitulo 18. **Pessima res liuor: totus letale venenum.**

Ad medium poterit istud commune referri: / Pessima res liuor, totus mortale venenum, / *Ad mala sola bonus, contra bona sola malignus.*

Gaufridus de Vno Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.140, ll.185-187).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 5: De auxilio et fauore (fol.48rb)

Gaufredus in poetria capitulo 75. **Languor eget medico: solamine luctus: egestas subsidio.**

Melius florent hoc scemate verba: / Languor eget medico, solamine luctus, egestas / Subsidio.

Gaufridus de Vno Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.178, ll.972-974).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 19: De seueritate seu rigore et crudelitate seu seuitia (fol.60rb)

Gaufridus in poetria capitulo 94. **Cum possis noli seuire: memento neronis.**

*Cumm possis, noli saevire: memento Neronis.*

Gaufridus de Vino Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.208, l.1568).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 1: De intelligentia cognitione ingenio et scientia consideratione morali (fol.61ra-rb)

Gaufridus in poetria capitulo 29. **Certior aure / Arbiter est oculus.**<sup>1</sup> Idem de hyronia curie papalis. **Multa vident paucis: pectora magna notis.**<sup>2</sup>

1. Serviat exemplum doctrinae: certior aure / Arbiter est oculus; nec casus sufficit unus: / Plenus erit numerus; de pleno collige plene / Quam rem, qua forma, quis casus apostrophe apte.

Gaufridus de Vino Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.146, ll.272-275).

2. *Fons nondum repertus*

Pars 3, Liber 1, Rubrica 6: De imagine memoria reminiscencia et obliuione morali consideratione (fol.62va)

Gaufridus in poetria capitulo 107. **Cellula que meminit est cellula delitiarum. / Delitiasque sitit non tedia: vis ne placere / Illi: non oneres illam: vult illa benigne / Tractari: non mole premi: qua lubrica res est. / Et rerum turbe non sufficit.<sup>1</sup> / Delectatio sola / Uim memoratiuam validam facit.<sup>2</sup>**

1. Cellula qua meminit est cellula deliciarum, / Deliciasque sitit, non taedia. Visne placere / Illi? Non oneres illam: vult illa benigne / Tractari, non male premi. Quia lubrica res est, / Ad rerum turbas non sufficit.

Gaufridus de Vno Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.228, ll.1976-1980).

2. Cui placet, et prodest, quia delectatio sola / Vim memoratiuam validam facit: unde nec illis, / Sed neque crede notis aliis si sint tibi durae, / Si minus acceptae.

Gaufridus de Vno Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.230, ll.2025-2028).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 10: De coniectura morum per aspectum et gestum (fol.63va)

Gaufridus in poetria capitulo 75. **Formido pallet: rubet ira: superbia turget.**

Resumimus ergo: / Formido pallet; rubet ira; superbia turget.

Gaufridus de Vno Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.178, ll.978-979).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 1: De prudentia sapientia (n.p. 1ra)

Gaufridus de hironia curie papalis. Multa vident paucis pectora magna notis.

*Fons nondum repertus*

Pars 3, Liber 2, Rubrica 3: De prudentia et premeditatione atque deliberatione (n.p. 2rb-va)

Gaufridus anglicus in poetria capitulo 2. **Siquis habet fundare domum: non currat ad actum. / Impetuosa manus: intrinseca linea cordis / Premeditatur opus: seriemque sub ordine certo. / Interior prescribit homo: totaque figurat. / Ante manus cordis quam corporis: et status eius / Est prius archetypus o quam sensibilis. / Non manus ad calamum preceps: non lingua sit ardens / Ad verbum: neutrum manibus comite regendus / Fortune: sed mens discreta preambula facti / Ut melius: fortunet opus suspendat earum. / Officium tractetque diu detemate secum. / Circinus interior mentis precircinet omne. / Materie spacium: certus precliminet ordo. / Unde parripiat cursum stilus aut vbi gaudes / Fiat opus tuum prudens in pectoris arcem / Contrahe: sitque prius in pectore quam sit in ore.**<sup>1</sup> Capitulo 31. **Gressus precurrunt oculi: preconsole mentem.**<sup>2</sup> Capitulo 200. **Nihil facias quod postmodum nolles. / Non fieri sed mens sit cauta preambula facti.**<sup>3</sup>

1. Si quis habet fundare domum, non currit ad actum / Impetuosa manus: intrinseca linea cordis / Praemetitur opus, seriemque sub ordine certo / Interior praescribit homo, totamque figurat / Ante manus cordis quam corporis; es status ejus / Est prius archetypus quam sensibilis. Ipsa poesis / Spectet in hoc speculo quae lex sit danda poetis. / Non manus ad calamum praecipit, non lingua sit ardens / Ad verbum: neutram manibus committe regendam / Fortunae; sed mens discreta preambula facti, / Ut melius fortunet opus, suspendat earum / Officium, tractetque diu de themate secum. / Circinus interior mentis praecircinet omne / Materiae spatium. Certus praelimitet ordo / Unde praearripiat cursum stylus, at ubi Gades / Figat. Opus totum prudens in pectoris arcem / Contrahe, sitque prius in pectore quam sit in ore.

Gaufridus de Vno Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.134, ll.43-59).

2. Si quem jactatrix praesumptio durius inflet, / Hanc inflaturam verbis tam mollibus unge: / Praecurrant gressus oculi; circumspice mentem; / Et vires metire tuas.

Gaufridus de Vno Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.146, ll.292-295).

3. Nihil facias quod postmodo velles / Non fieri, sed mens sit cauta preambula facti.

Gaufridus de Vno Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.234, ll.2091-2092).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 4: De consilio (n.p. 3rb)

Gaufridus in poetria capitulo 23. **Si vis beneduci: Te certo comite duci.**<sup>1</sup> Idem in hironia curie papalis. Consilium prudens sepe minoris habet.<sup>2</sup>

1. Non absque labore / Sunt passus utriusque viae: si vis bene duci, / Te certo committe duci;  
subscripta revolve: / Ipsa stylum ducent et utrimque docenda docebunt.

Gaufridus de Vino Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.142, ll.209-212).

2. *Fons nondum repertus*

Pars 3, Liber 2, Rubrica 7: De principii qualitate: et principio considerandis (n.p. 4vb)

Gaufridus in poetria capitulo 50. **Surgit permulta seges de semine pauco. / Flumina magna trahunt ortum de fonte pusillo. / De tenui virga grandis protenditur arbor.**

Sic surgit permulta seges de semine pauco: / Flumina magna trahunt ortum de fonte pusillo, / De tenui virga grandis protenditur arbor.

Gaufridus de Vno Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.166, ll.692-694).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 8: De finis consideratione (n.p. 5ra)

Gaufridus in poetria capitulo 30. **A casu describe diem: non solis ab ortu.**

*A casu describe diem, non solis ab ortu.*

Gaufridus de Vino Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.146, l.283).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 12: De partium morali consideratione (n.p. 5vb)

Gaufridus in poetria capitulo 3. **Pars si qua sedebat inepte. / Tota trahit series: ex illa parte pudorem.**  
**/ Fel modicum totum mel amarizat vnica menda / Totalem faciem deformat.**

Quando tamen setvire venit, se praeparet aptam / Obsequio dominae: caveat sibi, ne caput hirtis /  
Crinibus, aut corpus pannosa veste, vel ulla / Ultima displiceant, alicunde nec inquinat illud /  
Hanc poliens partem: pars si qua sedebit inepte, / Tota trahet series ex illa parte pudorem: / Fel  
modicum totum mel amarizat; vnica menda / Totalem faciem difformat.

Gaufridus de Vno Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.146, ll.62-69).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 3: De doctrina et doctoribus seu magistris (fol.66vb)

Gaufridus in poetria capitulo 52. **Cum doceas artes sit sermo domesticus arti. / Quelibet ars gaudet propriis sed sint sua verba / Limitibus contenta suis: cum veneris extra. / In commune forum placeat communibus vti.**

Cum doceas artes, sit sermo domesticus arti: / Quelibet ars gaudet propriis. Sed sint sua verba / Limitibus contenta suis: cum veneris extra / In commune forum, placeat communibus uti.

Gaufridus de Vno Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.184, ll.1091-1094).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 6: De exemplo et imitatione (fol.68vb)

Gaufridus in poetria capitulo 29. **Seruiat exemplum doctrine.**

Seruiat exemplum doctrinae: certior aure / Arbitr est oculus; nec casus sufficit unus: / Plenus erit  
numerus; de pleno collige plene / Quam rem, qua forma, quis casus apostrophe apte.

Gaufridus de Vino Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.146, ll.272-275).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 9: De studio discipline et continuatione eius (fol.70vb)

Gaufridus in poetria capitulo 107. **Sunt aliqui qui scire volunt: sed non operari. Nec studium penamque pati: e modus iste catinus. Uult piscem: sed non piscari.**

Sunt aliqui, qui scire volunt, sed non operari, / Nec studium poenamque pati: modus iste catinus: /  
Uult piscem, sed non piscari.

Gaufridus de Vino Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.230, ll.2031-2033).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 10: De inuestigatione seu indagatione et inuentione (fol.71ra)

Gaufridus in poetria capitulo 106. **Speculatio prima non bene discernit nec plene.**

Speculatio prima / Nec bene, nec plene discernit: quando revolvo / Rem, magis evolvo.

Gaufridus de Vno Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.226, ll.1966-1968).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 1: De vtilitate seu proficuo (fol.71va)

Gaufridus poetria capitulo 80. **Quis sanus ad vtile torpet.**

*Quis sanus ad utile torpet?*

Gaufridus de Vno Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.156, l.492).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 11: De vaniloquio et multiloquio (fol.77vb)

Gaufridus in poetria capitulo 108. **Mors et vita coherent / In manibus lingue.**

Haec est moderata venustas, / Hic modus in lingua recitante venustus et auri / Hic cibus est  
sapidus: sic ergo feratur ad aures, / Ut cibet auditum, vox castigata modeste, / Vultus et gestus  
gemino condita sapore / Vis venit a lingua, quia mors et vita cohaerent / In manibus linguae, dum  
forte juvetur utroque / Vultus et gestus moderamine.

Gaufridus de Vno Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.232, ll.2058-2065).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 1: De rethorica et poetria et eloquentia facundia: oratione et oratore atque poeta (fol.79va)

Gaufridus in poetria capitulo 98. **Rem tria perficiunt: ars cuius lege regaris: vsus quem serues: meliores quos imiteris. / Ars certos: vsus promptos: imitatio reddit / Artifices aptos: tria concurrentia summos.**

Rem tria perficiunt: ars, cuius lege regaris; / Usus, quem serues; meliores, quos imiteris. / Ars certos, usus promptos, imitatio reddit / Artifices aptos, tria concurrentia summos.

Gaufridus de Vino Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.214, ll.1709-1712).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 8: De qualitate verborum obseruanda eloquenti (fol.82ra)

Gaufridus in poetria capitulo 52. **Cum doceas artes sit sermo domesticus arti. / Quelibet ars gaudet propriis: sed sint sua verba / Limitibus contenta suis: cum veneris extra / In commune forum: placeat communibus vti.**

Cum doceas artes, sit sermo domesticus arti: / Quaelibet ars gaudet propriis. Sed sint sua verba / Limitibus contenta suis: cum veneris extra / In commune forum, placeat communibus uti.

Gaufridus de Vno Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.184, ll.1091-1094).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 9: De iteratione sermonis vitanda (fol.82ra)

Gaufridus in poetria capitulo 41. **Respuat audiri bis idem.**

Plurima perstringat paucis expressa locutrix / Emphasis; – ore brevi dispendia lata coartet /  
Articulus punctim caesus; – compendia quaedam / Ablativus habet cum sit sine remige solus; / –  
Respuat audiri bis idem; – prudentia dicti / In dictis non dicta notet; – conjunctio ne sit / Nodus  
clausarum, sed eas sinat ire solutas; / – Vel manus artificis multas ita conflet in unam, / Mentis ut  
intuitu multae videantur in una.

Gaufridus de Vno Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.166, ll.698-706).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 13: De electis blandimentis (fol.82vb)

Gaufridus in poetria capitulo 100. **Quod minus est supple: quod plus abrade: quod habitum / Come. quod obscurum declara: quod vitiosum. / Emenda. curis istis sunt omnia sana.**

Sed laeto si vis gaudere triumpho, / Quod minus est supple, quod plus abrade, quod hirtum / Come, quod obscurum declara, quod vitiosum / Emenda. Curis istis sunt omnia sana.

Gaufridus de Vno Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.216, ll.1761-1764).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 22: De electis laudationibus et bladimentis et gratulationibus (fol.84vb-85ra)

Gaufridus in poetria capitulo 101. et finali. **Nobilitas dandi quam non nouere moderni / Est innata tibi: tu solus gemma datorum: / Das ita nequa manus sit dando latior: aut inest / Letior: aut morula breuior. / Magnus es in dando: prudens in agendo modestus / In gustu: rigidus in iure: fidelis in omni / Re semperque tuos diuina preambula virtus / Urget successus: et semper in ardua crescit. / Sed licet omnis apes tibi crescat honoris honore: / Crescere non poteris quantum de iure mereris.**

Nobilitas dandi, quam non nouere moderni, / Est innata tibi, qui solus, gemma datorum, / Das ita, ne qua manus sit dando latior, aut mens / Laetior aut morula breuior. Tu solus es ille / Cui Deus infudit quicquid decet, utpote pectus / Magni consilii, quo pectore pectora regum / Se fulcire solent tractando negotia regni. / Solus es in dando, prudens in iure, fidelis / In cunctis, semperque tuos Deus auxiliator / Auget successus, et semper in ardua crescis. / Sed, licet omnis apex tibi crescat honoris honore, / Crescere non poteris, quantum de iure mereris.

Gaufridus de Vno Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.234, ll.2109-2120).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 1: De temperantia et modestia modo atque nimietate (fol.86rb)

Gaufridus in poetria capitulo 31. **In omnibus vna / Est virtus seruare modum.**

*In omnibus una / Est virtus servare modum.*

Gaufridus de Vno Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.146, ll.298-299).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 3: De modo exigentie cuiuscumque proportionalitatis seu conformitatis (fol.86vb)

Gaufridus in poetria capitulo 31. **Gressus precurrant oculi: preconsole mentem. / Et vires metire tuas: si fortis es aude / Grandia. si fragilis: humeris impone minora / Si mediocris: ama mediocria: sumere noli / Que quando sumis presumas in omnibus ima. / Est virtus seruare modum memor imprime menti.**

*Si quem jactatrix praesumptio durius inflet, / Hanc inflaturam verbis tam mollibus unge: / Praecurrant gressus oculi; circumspice mentem; / Et vires metire tuas. Si fortis es, aude / Grandia; si fragilis, humeris impone minora; / Si mediocris, ama mediocria. Sumere noli / Quod, quando sumis, praesumis. In omnibus una / Est virtus servare modum. Memor imprime menti: / Cum fueris major cunctis, te crede minorem / Et de te mentire tibi; nec sic in abyssum / Dejicias alios, nec te super aethera ponas.*

Gaufridus de Vino Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.146, ll.292-302).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 14: De auaritia cupiditate pecunie (fol.95rb)

Gaufridus in poetria capitulo 101. **Liber is est vitiis qui non inseruit abundans. / Cui satis est quod habet: pauper qui plus cupit.**

Liber is est vitiis qui non inseruit, abundans / Cui satis est quod habet, pauper qui plus cupit.

Gaufridus de Vno Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.220, ll.1838-1839).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 4: De arrogantia iactantia insolentia et vanagloria (fol.98rb)

Gaufridus in poetria capitulo 31. **Cum fueris maior aliis te finge minorem. / Et de te mentire tibi nec sic in abyssum. / Deicias alios vt te super ethera tollas / Uincat opus verbum: minuit iactantia famam.**<sup>1</sup> Capitulo 84. **Utere consilio: licet omnia noueris vnus / Maior in hoc aliis: in verbis sis tamen vnus / Ex aliis: nec sis elati sed socialis / Eloquii: veterum clamat doctrina: loquaris / Ut plures: sapias vt pauci.**<sup>2</sup>

1. *Memor imprime menti: / Cum fueris major cunctis, te crede minorem / Et de te mentire tibi; nec sit in abyssum / Deicias alios, nec te super aethera ponas. / Uincat opus verbum: minuit iactantia famam.*

Gaufridus de Vno Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.146, ll.299-303).

2. *Utere consilio; licet omnia noveris, unus / Major in hoc aliis: in verbis sis tamen unus / Ex aliis; nec sis elati, sed socialis / Eloquii. Veterum clamat doctrina: loquaris / Ut plures, sapias ut pauci.*

Gaufridus de Vno Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.184, ll.1082-1086).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 5: De presumptione seu fiducia sui falsa (fol.98va)

Gaufridus in poetria capitulo 31. **Et vires metiere tuas: si fortis es aude / Grandia: si fragilis: humeris impone minori / Si mediocris: ama mediocria: sumere noli / Que quando sumis presumas.**

Si quem jactatrix praesumptio durius inflet, / Hanc inflaturam verbis tam mollibus unge: /  
*Praecurrant gressus oculi; circumspice mentem; / Et vires metire tuas. Si fortis es, aude /*  
*Grandia; si fragilis, humeris impone minora; / Si mediocris, ama mediocria. Sumere noli / Quod,*  
*quando sumis, praesumis.*

Gaufridus de Vino Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.146, ll.292-298).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 2: De delectatione variationis vel rerum et tedio continuationis (fol.104vb)

Gaufridus in poetria capitulo 49. **Plus mellis habet variata voluptas.**

*Gestus non omnibus unus, / Cuique suus: plus mellis habet variata voluptas.*

Gaufridus de Vno Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., pp.163-4, ll.643-644).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 5: De natura venerei amoris (fol.112va)

Gaufridus in poetria capitulo 67. **Litibus alterius quando bellantur amantes / Crescit in hoc bello linguarum pax animorum. / Hoc odio conditur amor.**

Consule res alias et idem mireris in illis: / Litibus alternis quando bellantur amantes, / Crescit in hoc bello linguarum pax animorum; / Hoc odio conditur amor.

Gaufridus de Vno Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.174, ll.883-886).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 7: De mansuetudine ira et furore (fol.122rb)

Gaufridus in poetria capitulo 107. **Ira genus flammae materque furoris ab ipso. / Felle trahens oritur: cor et interiora venenat.**

Ira, genus flammae materque furoris, ab ipso / Folle trahens ortum, cor et interiora venenat; /  
Pungit folle, cremat flamma, turbatque furore, / Exit in hac ipsa forma vox fellea, vultus /  
Accensus, gestus turbatus; et interiorem / Exterior sequitur motus, pariterque moventur / Unus et  
alter homo.

Gaufridus de Vno Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.232, ll.2045-2051).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 10: De timore (fol.124rb)

Gaufridus in poetria capitulo 30. **Si timor incuruet mentem: simulatio vultum / Erigat: et clypeo vultus succurre timori. / Ut si mens timeat facies velit ipsa timeri. / Immo magis sperare velis: pigeatque potentem. / Uulgari parere vultu: si posse sit: artum / Dillates animum. si corpus debile: mens sit / Fortis: et exiguas vires supplere memento.**

*Si timor incurvet animum, simulatio vultum / Erigat, et clypeo vultus succurre timori; / Ut, si mens timeat, facies velit ipsa timeri. / Immo magis sperare velis pudeatque timentem / Uulgari pallere metu. Si posse sit, artum / Dilates animum. Si corpus debile, mens sit / Fortis et exiguas vires supplere memento / Spe grandi.*

Gaufridus de Vino Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.148, ll.314-321).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 20: De audacia: timore: spe: et desperatione et magnanimitate bellatorum (fol.130rb)

Gaufridus in poetria capitulo 30. **Si timor incuruet mentem: simulatio vultum / Erigat: et clypeo vultus succurre timori. / Immo magis sperare velis pigeat patentem / Uulgari pallere vultum. si posse sit artum: / Dilates animum. si corpus debile: mens sit / Fortis: et exiguas vires supplere memento / Spe grandi.**

*Si timor incurvet animum, simulatio vultum / Erigat, et clypeo vultus succurre timori; / Ut, si mens timeat, facies velit ipsa timeri. / Immo magis sperare velis pudeatque timentem / Uulgari pallere metu. Si posse sit, artum / Dilates animum. Si corpus debile, mens sit / Fortis et exiguas vires supplere memento / Spe grandi.*

Gaufridus de Vino Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.148, ll.314-321).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 3: De mutabilitate et caducitate prosperitatis atque aduersitatis ex inopinatis casibus fortuitis aut fatalibus (fol.139ra)

Gaufridus in poetria 15. capitulo. **Omnia lapsum / Spondent: et cicius sunt prospera prompta ruine. / Insidias ponit semper sors aspera blande.**<sup>1</sup> Capitulo 30. **Sub meliore statu semper peiora caueto. / Nulla fides rerum: sequitur post mella venenum / Et claudit nox atra diem: nebulaque serenum. / Cum soleant homini feliciter omnia verti. / Maiori leuitate solent aduersa reuerti.**<sup>2</sup> Capitulo 33. **Hoc vnum prescire potes: quia nulla potestas / Esse morosa potest: quia res fortuna secundas / Imperat esse breues. / Breuis est distania leti / O nimis et mesti. nox est vicina diei.**<sup>3</sup>

1. Omnia lapsum / Spondent et citius sunt prospera prompta ruinae. / Insidias semper ponit sors aspera blande / Anticipatque fugam melior fortuna repente.

Gaufridus de Vno Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.140, ll.181-184).

2. Sub meliore statu semper peiora cavere. / Nulla fides rerum: sequitur post mella venenum / Et claudit nox atra diem, nebulaeque serenum. / Cum soleant hominum feliciter omnia verti, / Majori leuitate solent aduersa reuerti.

Gaufridus de Vno Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.146, ll.287-291).

3. Hoc unum praescire potes quia nulla potestas / Esse morosa potest, quia res fortuna secundas / Imperat esse breues. Si vis exempla, priores / Respice fortunas. Emarcuit illa priorum / Florida prosperitas: Minos subvertit Athenas, / Ylion Atrides, magnae Cartaginis arces / Scipio, sed Romam multi. Fuit alea fati / Tempore versa breui. Brevis est distantia laeti / Ominis et maesti; nox est vicina diei.

Gaufridus de Vno Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.150, ll.357-365).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 7: De fletu et lamentatione (fol.141va)

Gaufridus in poetria capitulo 32. **Si doleas sine teste dole mentisque dolorem / Ignoret facies: quia si dolor intimus hora / Carpit et emacerat: animus iocundior hostem. / Nutrit et impinguat: et gaudia suggerit illi / Exugens tua membra dolor.**

Si timeas, sine teste time, mentisque timorem / Ignoret facies: quia, si timor intimus ora / Carpit et emacerat, animus iocundior hostem / Nutrit et impinguat, et gaudia suggerit illi / Exugens tua membra dolor.

Gaufridus de Vno Saluo, *Poetria noua* (A.M. Calvo Revilla ed., p.148, ll.309-313).